



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 3. Quorumdam oppositio in Belgio contra eandem Pontificis Bullam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

Sæc. XVII.
A. C. 1644.

§. III.

Quorundam oppositio in Belgio contra eandem Pontificis Bullam.

Acrius adhuc nonnulli sese in Belgio acceptationi Pontificiæ hujus Bullæ opponebant; dum enim Lovanien-
sis Universitatis Rector hoc anno die
decima sexta Februarii hac super re comitiam haberet, Doctorum potissimi palam declararunt, quod Jansenius in suo opere Divi Augustini vestigia presserit, nullius erroris redargui possit: nihilominus Belgii Gubernator, cum a Molinistis importunius urgeretur, datis literis Episcopos hortabatur, ut singuli, an Jansenii liber, ac promiscua illius lectio tumultus, populique offensionem excitarit, solerter indagarent, atque intra trium hebdomadarum spatium desuper referrent, suamque sententiam ingenua fide promerent. Huic mandato Episcopus Namurcensis morem gerere recusabat, ex ceteris Episcopis quidam in Jansenii favorem responderunt, ejus librum nulli nisi Augustinianæ doctrinæ hostibus offensionem fuisse: alii vero Bullæ acceptationem intempestivam, novisque turbis obnoxiam, non pauci etiam post Baij errores jam dudum damnatos superfluum fore re-

Abrege de l'hist. Eccl. t. II. p. 47.
Abrege chronol. t. 3.

Sæc. XVII. scripserunt: Perceptis Præfulum senti-
A. C. 1644. tentiis Gubernator disputationibus fi-
 nem imponi præcepit, donec de Regis
 Catholici voluntate constaret: ad eun-
 dem enim Regem cuncta Præfulum ju-
 dicia Madritum fuere transmissa, qui-
 bus mature discussis Rex datis literis
 Urbanum Papam rogabat, ut Romæ
 Jansenii librum a Theologis sedulo exa-
 minari curaret, interim vero haud ini-
 quo ferret animo, si Bullæ promulga-
 tio differatur, donec nova Theologo-
 rum sententia de hoc libro fuisset pro-
 nuntiata.

§. IV.

*Sacræ Congregationis responsum ad
 Lovaniensium Deputatorum
 querelas.*

*Jansenif.
 Hist. Brevis
 pag. 37*

Cum vero Lovanienses Deputati Ro-
 mæ Pontificiæ Constitutionis au-
 thographum sibi exhiberi, impensius
 peterent, seque hucusque non auditos
 fuisse quererentur, hinc summus Pon-
 tifex non modo authenticum Bullæ
 exemplar eis ostendi, sed etiam plenam
 illis suas rationes proponendi faculta-
 tem concedi, Sacræ Congregationis
 Judicibus præcepit: Morem illico Sa-
 cræ Congregationis supremæ & uni-
 versalis Inquisitionis Patres gesserunt,
 ac